



**CL. V. Ioannis Wamesii, I. C. Celeberrimi, In Academia
Lovaniensi Antecessoris Primarii, Responsorum Sive
Consiliorum De Iure Pontificio Tomus ...**

Wamesius, Johannes

[S.l.], 1643

De dolo & contumacia Consilium LXXXVIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98691](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98691)

am mentionem facit; sed tantum in predicta
 12 consensione, accusari enim & ex accusatione decla-
 rari debet contumacia alias non nocet in causa
 criminali, Bald. in l. *Properandum* §. *si iudex* C. de in-
 di. Denique pro contumacia reputari non debet
 huiusmodi recusat; quia non constat ex actis
 de aliqua legitima citatione. Nam per primam,
 quae facta est per Bebellum non est Reus contum-
 13 max declaratus, sed tantum petita, non autem
 obtemperata ulterior citatio; altera vero quae deinde
 facta asseritur pro nulla reputanda est, quia
 facta non per aliquem Bedellum, sed ab eo, qui
 citandi potestate non habuit, nec in possessione ci-
 tandi fuit: cui ob id Reus credere non potuit, Bart.
 in d. *extravag. Ad reprimendum* in verb. per nuntium, gloss.
 14 & ibi in c. *Cum parati de appellat.* Neque gravat
 Reum, quod qui secundum fecit, referendo dicat
 se ex speciali mandato Reitoris citasse; quia de illo
 mandato ex actis non constat. Quod pertinet quod
 licet nuncio quod ad citationis executionem creda-
 tur; non credatur tamen ei dicenti vel referenti,
 quod de commissione Iudicis citaverit, Io. And. in
 addit. ad petut. in tit. de iur. §. i. vers. sed nunquam cre-
 datur, Ioan. de Imola in l. Ex consensu §. cum qui de ap-
 15 pellat. ut non male requirant plerique, quod hu-
 iusmodi antecedens commissio in actis per nota-
 rium scribantur, Ioan. de Imola, & Anton. de Butrio
 in c. cum parati, & ibi gloss. in verb. huiusmodi de appellat.
 cum ne Cardinali quidem asserenti se aliquid ex
 mandato alterius facere credatur, non probato
 16 mandato huiusmodi C. de mandat. Princip. c. Cum in iure
 petitis, de off. & potest. iud. delegat. Quare cum
 ex praemissis constet de nullitate citationis, nulla
 quoque constitui potest adversus Reum contuma-
 cia: invalida enim citatio contumacem absentem
 facere non potest: & processus vigore huiusmodi
 citationis factus ipso iure non valet, Bald. in c. Quo-
 17 niam contra, in 6. de test. per totas. & in addit. Si omnes
 C. si minor ab hered. se absint. Iustitia praedictae
 sententiae pertinet in periculo est; cum ex causis
 praenarratis, tum potissimum ex eo, quod Reus
 in hoc appellacionis iudicio per legitimum docu-
 mentum docuerit, quod septem mensibus post la-
 tam dictam exortatam sententiam, obtinuerit
 dispensationem adversus eandem, quod ei liceret
 vi familiaris dictae Margaretae ac neptis: quod
 quoque factus erat in prima instantia, si non ita
 18 praecipitatus, & interea quam expectabat senten-
 tiam interlocutoriam super deliberatione per eum
 petita, declaratoria illa sententia oppressus fu-
 19 isset: quae quidem Domini Reitoris permis-
 sio seu dispensatio Reo ad plenam excusationem
 sufficere debet: iustus enim & permisso iudicis
 excusatus a dolo & culpa l. Non videntur qui iussu, &
 ibi dec. de reg. iur. l. i. si possidet de acquir. poss. l. si
 quis id quod §. dolo. De iurisdict. omni. iud. line quibus
 ad condemnationem criminalem perveniri non
 potest l. in lege Cornelia D. ad leg. Corn. de sicar.
 Nec multum premit, quod Advocatus Promo-
 toris dicat, iudicem non posse praedecessoris sui
 sententiam retractare, l. i. C. sent. rescind. non posse:
 nam nec retractata, nec rescissa est, sed relicta in
 sua validitate; facta tantum dispensatione, ut pro
 familiaris dictam sororem cum sua nepte apud se
 20 habere posset. Est enim iudici, & praesertim ei,

qui omnimodam iurisdictionem & merum impe-
 rium habet (prout Dominus Rector ex con-
 cessione Pontificia & Ducali habet) de iure per-
 missum alterare, mutare, & minuire poenam,
 Bart. in l. Acta, de re iud. Disputandum autem hic
 non est, iusta an iniusta fuerit dicti Domini
 Rectoris dispensatio; quia qualiscumque fuerit,
 procedere debet Reo ad excusationem delicti,
 propter auctoritatem concedentis, & quod nulla
 sublit turpis suspicio; cum omnis etiam fatua cre-
 dulas a delicto & delicti poena excuset, l. i. §.
 pon. De liberali causa, l. i. in §. De abigendis, l. c. ad
 leg. Flay. de plagur. Proinde cum ea sit conditio
 actorum, & huius causae; arbitror praeterea Dom-
 21 mini Rectoris sententiam, nec non totum proces-
 sum declaranda nulla; & Reum ab impetitione
 Promotoris absolvendum, ac Promotorem in ex-
 pensis utriusque instantie condemnandum.

De dolo & contumacia

SUMMARIUM.

Contumacia excusatio quoad citatio-
 nem ad domum.

1. sententia nulla executioni mandari non debet.
2. 4. 5. Contumax quando censetur citatus ad domum.
3. Iudicis decretum ad iuris ordinem referri debet.
6. Citationis defectus ne quidem a principe suppleri
 potest.
7. Mandati defectus annullat omnia.

CONSILIVM LXXXVIII.

EXECUTIONI mandari non debet sen-
 tentia, quae nullitatis vitio infecta est, la-
 son. in l. 4. §. condemnatum, in princ. & in l. 4.
 De re iudic. quia sententiae nomen non me-
 retur; d. §. condemnatum, nec rei iudicata, aut iuris
 auctoritatem habet, Clem. pass. valde, de re iudic.
 Vtique adeo, ut si praecipitanti, aut temere exe-
 cutioni mandata sit, retractari possit, l. si cum nul-
 la, de re iud. l. ult. C. si ex fals. instrum. la son d. in l. 4.
 Cum ergo sententia per venerabilem Dominum
 Officiale Cameracensem pro Ioanne Lamberti
 contra Arnoldum Moneum lata ipso iure sit nul-
 la, ob defectum legitimae citationis & idonei
 mandati uti infra deducetur; consequens est, quod
 post obiectam nullitatis exceptionem executioni
 mandari non debeat. Quamvis enim in actis
 22 causae continetur relatio apparitoris, quod cita-
 tionem ad domum Arnoldi Antverpiae fecerit; id
 tamen non sufficit: generaliter enim verum est,
 quod citatio ad domum seu domicilium non va-
 leat, nisi in subsidium, quando persona haberi
 non potest, gloss. in c. Causam qua, de dolo & contum.
 Phil. Decius consilio 460. viso nu. 31. si videlicet lati-
 tet, aut aliter se non permittat citari: idque cum
 semel apprehensus seu citatus fuit, aut semel in
 iudicio comparuit, & nullo relicto procuratore
 recessit, ac deinde ejus persona facile reperiri ne-
 quit, d. c. Causam. Imo priusquam citatio ad do-
 mum fieri possit, & ibi facta sufficiat, necesse est, ut
 cum omni diligentia, & discussione quæratur per-
 sona, si in civitate, aut continentibus est, l. 4. §.
 Prator ait, & ibi doct. De dam. infecto, Canonist. in c.
 final. De eo qui murt. in poss. Bald. in l. vetatissimam C.
 de iure dom. impet. Cum ergo Arnoldus personaliter
 prius

prius citatus non fuerit, neque constet de ulla diligentia inquisitionis personae illius, vel quod ab oppido Antverpiensi ausens fuerit, aut latitaverit; consequens est captiolam citationem, quam nuntius retulit se ad domum Arnoldi fecisse, in praesenti causa sufficere non posse; praeterea quod citando ad domum neque aliquem ex familiaribus admonuerit, neque breve, testatum, seu memoriam, aut copiam citationis ibi reliquerit, aut effio affixerit, *Auth. Qui semel C. Quomodo & quando iudex sent. ferre deb. Bald. in l. Consentaneum in 2. notab. C. eod. & in l. Dissanari. C. De ingen. manumiss. Guido Pap. decis. 445.* quod tamen ulus ac practica observat & requirit, *Pet. Rebus. ad consil. reg. tit. De citationibus, art. 2. gloss. 3.*

Neque ad rem facit, quod exactis seu instrumēto decretae citationis appareat, nuntio seu apparitori à iudice mandatum fuisse, quod Arnoldus citaretur ad locum sui domicilij, ita ut nuntij factum & relatio reprehendi non possit, *l. iuste l. Pomponius, §. si iussu, de acq. possess. l. 1.* nam hoc decretum & commissio iudicis ad iuris intellectum referenda & reducenda sunt; hoc est sic intelligi debent, ut iuris ordo semper servetur, *argum. eorum, quae notant Doct. in l. 1. C. De his quibus ut indignis & c.* videlicet quod executor primum personaliter faciat citationem: quia uti datum citationis mandatum sonat, non debuit executor intimationem facere ad domicilium Arnoldi, sed Arnoldo ad eius domicilium; sic ut evidenter ordinem iuris & executionis ea verba contineant; ideoque debebat nuntius diligentiam prius fecisse, ut personam apprehenderet; quā factā, nec reperto Arnoldo, potuit ad domicilium exequi, & sic referre iudici, *Bart. in d. §. praeor ait phil. Decius consil. 449. Visi duobus, nu. 5.* Vnde soli & nuda relationi nuntij referenti se domi citasse, nisi etiam constet de praedicta diligentia, non statim nec valet citatio, *Alex. cons. 137. in causa & lite. vol. 2.* suspensio enim & plumbeo pede procedendum est adversus absentes, & quantum fieri potest contumacia praesumptio excludenda, *Bald. in l. Properandum. §. & siquidem C. De iudic. Quibus hoc quoque pro nullitate dictae citationis addendum, quod idem nuntius in exequendo dictam intimationem à mandato iudicis recesserit; non enim retulit se ad domicilium, sed ad domum Arnoldi fecisse intimationem; requirunt autem Doctores, *Bart. in l. quod si dubitet, de acquir. hered. panor. in d. c. causam, Alexan. cons. 2. nu. 8. vol. 3. Rebus. loco supra citato, nu. 23.* quod nuntius referat se citasse ad locum solitae habitationis seu domicilij; quid enim vetat eum, qui citari bebit, plures domos, & unicum tantum domicilium seu habitationem habere? Atque ita multis modis invenitur esse nulla praetacta intinatio; ac verè dici potest, totam hanc litem coram dicto D. Officiali ceptam & peractam esse sine citatione: nihil enim interest, nulla intervenire, an quae facta est nulla sit, *l. Quoties, Qui satis cogantur.* sic quod praetacta sententia extremo vitio nullitatis laborans, executioni mitti non debeat etiam si formalis oppositio pro parte Arnoldi facta non fuisset: tantum enim vitium est defectus citationis, ut nec, à Principe nec statuto suppleri possit, *Bal. in l. 1. c. Quomodo & quando & c.**

d. Clem. Passoralis §. ceterum, de sent. & re iudic. Decius cons. 410. in causa, nu. 17. & inter alias nullitates sit potentissima, ob id, quod naturalem defensionem quodammodo praeripiat, *l. Defensionis facultas, & ibi Bart. c. De iure fisci lib. 10. l. Vnus §. cognitum De quæstion.* eoque respectu etiam à iudice illius obiectio suppleri possit, *l. si non defendantur de Panu l. Ampliorem. C. de appel.* Quod nullitatis vitium non tollitur ex eo, quod post praedictam nuntij relationem Cornelius de Vivere causam occupaverit, & petitionis copiam obtinuerit: nam de aliquo dicti Cornelij mandato seu procuratorio non constat, & de quo tamen constare ac liquere debebat, antequam iudex eum admittere aut ob aliquam ejus contumaciam Arnoldum excludere, aut ad sententiae definitivae pronuntiationem procedere potuit, *d. c. causam Clem. causam & ibi Doct. de electione.* Cujus quidem mandati defectus non minus vitium ad annullandum omnia acta continet, quam defectus citationis. Quinimo defectus mandati censetur in suo ventre continere defectum citationis, quoad partem principalem, ideoque insanabilis dicitur, *Ioan. stapileus de signatura liter. iustitia §. postremo quoad hanc nu. 6. per c. in nostra, de procur. & l. Licet c. eod. tit.* sic quod pars sibi imputare debeat, quae de mandato ante omnia non perquisivit; & similiter iudex, qui non legitimevit personam, antequam inciperet processum, *l. Si quatuor, & ibi Castrensis de testam. gloss. l. Vi liberu, c. De collat. & in c. 1. in verb. absentia, de elect. lib. 6. Lud. Roman. cons. 60. in fine.* Qui mandati defectus ex ipsis actis satis clucet, eo quod ex iis non constet de contrario; hoc est praesumtum Cornelium mandatum ab Arnoldo in specie vel in genere habuisse *l. ult. & ibi Doct. C. De reb. credit. l. si bina & ibi Doct. de iussu rupt. irritu factu testam.* Quare suspendenda omnino erit illius sententiae executio, & ad novum iudicium seu plenioram cognitionem restora reijcienda.

De dolo & contumacia

S V M M A R I V M.

Contumacia excusatio ob citationem nulliter factam.

1. Citatio omissa vitiat acta.
2. Paria sunt nulliter quid agi, & non agi.
3. Citationis defectum probatur ex actorum inspectione.
4. Citatio litis principium.
5. Citationis modi plures.
6. Citatio per defectum quae requiritur, & ubi facienda.
7. Citatio ad testes spectatui requiritur.
8. Citatio ad sententiam quamlibet requiritur.
9. Appellari potest à decreto congrua portio.
10. Congrua portio per quos praestari debeat.

CONSILIUM LXXXIX.

PER TENDE nulla, ut manifestè iniqua est sententia, quam Dominus Officialis Mechliniensis, ex conclusione seu resolutione Vicariatus Archiepiscopatus Mechliniensis in Oppido Bruxellensi pro rectore parochialis Ecclesiae de Meldene hujus causae appellato, contra Reverendos Dominos Decanum & Capitulum Metropolitanæ Ecclesiae Cameracensis appellantes pro-